



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

Thomas <von Kempen>

Dvaci, 1625

De miraculis post mortem eius. XXXII

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45790)

CAPVT XXXII.

De miraculis post mortem eius.

Post venerandæ virginis exequias, cum multi fideles sepulchrum eius visiarent, & oblationibus spontaneis honorarent; qui se à varijs languoribus & infirmitatibus curatos afferbant: Rectores ciuitatis & ecclesiæ magistri, inuito consilio saluberrimo pro honore Dei dilatando, anno sequenti capellam lapideam cum altari iuxta sepulchrum eius construi fecerunt, circa festum decem millium Martyrum, ad laudem & gloriam Dei, & specialem memoriam eiusdem virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo trigésimo quarto.

CAPVT XXXIII.

Narratio trium miraculorum.

Sed iam ad comprobendam huius virginis sanctitatem, dignum omnino videtur, in fine libri adnectere de multis signis tria notissima miracula, ad honorem Dei & istius sacræ virginis laudem: quæ ex fide dignorum perhibentium testimonijs sanctitati eius, verissima probantur, & per ora multorum referuntur, breuiter Deo cooperante in Hollandia facta.

Primum miraculum.

Vir in ciuitate Delfensi virgo quædam, quæ octo annis continuè lectum tenens, grauius ægrotauit. Hanc quatuor magistri in medicina periti & famosi nominati uisitabant, & humana pietate permoti, magis autem amore Dei inducti, succurrere ei cupiebant. Erat autem ægritudo istius virginis, prædictis iam magistris omnino occulta: nec aliquis eorum poterat dare aliquod remediũ, quod potuit ægrotanti prodesse. Inter quos vnus magistrorum, magister V Vilhelmus Sonderdanc doctor approbatus, multum admirans dixit virgini prædictæ: Tu nondum tanto tẽpore passa es tantos dolores sicut felix illa virgo Lideuigis: propter cuius merita, iam Dominus facit multa miracula in partibus nostris. Virgo igitur ægrotas hæc audiens, ex propria deuotione, aut potius diuina inspiratione accensa, legit tot orationes dominicas, (Pater noster vulgariter dictas) quorũ sũt mẽbra in corpore hominis, ad honorẽ Dei & istius S. Lideuigis virginis. Cõtingit ergo post hæc, quod felix Lideuigis virgo apparẽter uisitauit virginẽ languentẽ dãdo ei remediũ artis medicinæ, & veraciter curata surrexit sana, ambulans, comedens,

Kkk 4

edens,